

colorchecker CLASSIC



x-rite


mm

THE
LITERARY
MAGAZINE
FOR
YOUTH










In. 11,056.

Cat. Moreau,

No 1674.



2

ICON
TYRANNI
IN INVECTIVA
CONTRA
MAZARINVM
EXPRESSA



PARISIIS,
M. D C. X L I X.

2

И О З
И И А Я У Т
А В И С Е М
Л П Т М О
М И И Н Я К А М
А З Б Ц Я К
И Р Е Я А Н
Х Д С О М



Ad Senatum Parisiensem.

Peccaasti nunquam, Senatus Illustrissime, & quoties in
reos tua detonui iusticia, toties à Diuum Consistorio, di-
cibat excusum fulmen, vel qui te nesciebat fulminasse. Scilicet hoc
est facrum tuum, neminem ut ferias, quin gratiam putes, etiam dum
te seueriorem experitur; adeo nimirum sustines capitis sententiam,
donec vel obnitenti contra toti clementiae tuae, præponderet scelerum
iniquitas. Sed quamquam hactenus illustrati radijs solaribus æquita-
tis tuae, fulmina, Postremum hoc nihilominus, in scelestum Mazarini caput, intortum, toto illustrasti sole, itaque, ut vel ipsis eius se-
claris videri nihil possit æquius, nisi tamen in tanto tantæ Maiestatis tuae splendore cæciunt. Unum enim, gladio Themidis tuae
cum subiecisti Mazarini caput, totam eiusdem Mazarini gladio,
substraxisti Galliam, quæ peribat tota, nisi vel unus ille periret. Vi-
de quād compendiosè feceris multa, qui vel unicum deprimendo, tot
exeris hominum millia, & nutantem Rempublicam nostram, vel
dum percuteres, confirmaris. Propterea, vindicem te fatetur liber-
tas, parentem populus, restauratorem patria, ipsaque, si possent, vo-
calia fierent lilia, ut tibi candorem suum, amota turpi, tot vitiorum
contagione, deberis faterentur. Desideraret volumen illius sententiae
tuæ paraphrasis, adeo videlicet, vel in Mazarino sine flammis, Al-
eide fælicior, elisisti Lernæum monstrum, multiplex malum, in tot
quotidie feralia capita suppullulans, quo ex cogitabat commenta,
ut si quis supereasset in venis crux, illum eliceret inexsaturabilis no-
stri sanguinis hirudo. Sed in hoc tamen te sensimus æquiorem, Au-
gustissime Areopage, quod Cæsar is te nostri Vindocinen-

sis, scilicet, Beaufortij & Houdancurij præstiteris vltorem:
 in illo exulabat amor Henrici Magni, in ipsis duo terrores bello-
 rum squallebant in suo carcerum, Hercules, opinor videri vole-
 bat ille nefarius aduersus hunc Geryonem, qui tantus esse non
 poterat nisi pro more suo fieret adulter. Quid tamen euicit, Cæsa-
 ris hoc exilio non extinxit illustre nomen; sed gentibus exteris vien-
 dum dedit: Beaufortij & Houdancurij non aboleuit memo-
 riam, sed omnibus eorundem fortius iniecit desiderium. Tibi suffe-
 cit illustrioris fulmini materiem, dum in tanto tam inclytæ Triadis
 vindictam tibi detonandum incumberet. Quid igitur in posterum
 de te tam fortiter, in hoc Syllano capite præudenti, non expectabi-
 mus. Herorum coetus Illustrissime, quippe qui post percus-
 sum anathemate tuo turbulentum incentoris caput, selegeris tandem
 ab illustri Lotharingorum familia nostris præficiendum copius
 Imperatorem generosissimum Ducem d'Elbeuf. Meministi
 forsitan externæ Tyrannidi fatale nomen, & miratus priuatam tan-
 ti Principis ad bellum indolem, censuisti, non posse te fælicius deto-
 nare in hostes libertatis, quam si tantum, tam nefarijs ipsorum con-
 silijs obicem, obstrueres: Eat profecto faustis auribus, non sine Di-
 nūm mente selectus Heros: vincat tibi, vincat sibi, vincat libera-
 ti, vincat patriæ: dum ego interim, ancillanii Themidi tua Rhei-
 torica, Iudicum galliæ confessus selectissime, quæ paucis
 expressit, latius expono. Triduanoque labore, quem in compendium
 tu, in volumen ego Mazarinum redactum, oculis subiçio, quam-
 quam Anonymus, tibi tamen si placuerit, agnoscendus, & cum
 Gallia tota futurus semper.

Adiectissimus, Obsequentissimus,
 & deditissimus seruus
 M. D. B.

5



ICON TYRANNI IN INVECTIVA CONTRA MAZARINVM EXPRESSA.

ORATOR in te dum inuehor, nec videri possum, nec ambio, Mazarine. Non possum profecto, quia nequeunt amplificari, quæ tu gessisti, & scelerum tuorum atrocitatem complevisti cumulatius, quam ut vterius vel ipsa possit hyperbole prouehi: non ambio, ne sordescere videatur oratoria maiestas in tam humili materie, & te, quem ab ergastulis Siciliæ liquet enatum, dum sibi subiicit in materiem, tibi potius faciat nomen, quam detrahatur, dum etiam inuehitur.

Quod enim est tibi nomen aliud, quam quod habes ab errore Gallorum, qui te suo dum præfici passi sunt regimini, non agnoverunt fraude tutum Itala, vel certè non excusserunt prius è clavo, certi periclitari non posse navim Gallicam, vel dum à minimo mortalium regeretur, nec infici posse candorem insitum Gallis, vel in ipsa etiam contagione vitorum, quæ nisi vidissemus in te, in hominem cadere nunquam posse credidissemus.

Fecisti profecto fidem historijs Caligularum, & Neronum, ex quorum gente nobis transmissus es, & in te totam speculari posset tyrannorum ætatem, quisquis longa peroratus euoluere, rerum gestarum volumina, curiosos oculos defigere vellet in compendio, & in uno capite, per omnia retro secula, sparsam indolem obtueri.

A Syriis ingenuit natura ferociam; Medis perfidiam, molitatem Persis, superbiam Macedonibus, perfidiam Graecis, Carthaginensibus crudelitatem, tibi omnia: quæque sparsit in alios, in te collegit, abortiuo dixerint alij fusum te ab vetero partu, crediderim ergo fœtum te prudentis esse naturæ, quæ te suscipi voluit in lucem his fœdum dotibus, ne derogaret fidem monstros antiquitatis, quisquis te instar omnium aduerteret.

Ne vero tibi credas affingi (si tamen adhuc potes in hoc omnium odio tibi sapere) totum te pererra, vel pererrari patere, ut à calcaneo ad verticem, in te videoas inesse nihil, unde tibi non conflari possit inuidia maior, quam quæ sustulit illos olim tuæ genitæ tyrannos, in quos quamquam liqueat, mentiri te impudenter, cum referas originem, videris tamen conuicisse, quod te ab illorum moribus degenerem non præstiteris.

Quid enim amasti literas? an bellum? sagum? an togam? utrius promouisti dignitatem, dum in te procumberet moles regni, & tutelæ muliebris administrator torqueres Sceptrum infantile, quod tibi, non prudentia nostrorum, sed fortunæ cæca temeritas addixit: literas, certè non amabas, quas nesciebas, & digniorem scimus extitisse neminem, qui tuos ad amores obreperet, quam qui nihil sciret, ut ignarus saltem apud ignaros præsideres, & minus cæcutiens, cæcos omnino pro libidine præcederes. Utinam saltem tantus literarum osor, grandior denique fias litera, & facere cogatis mortuus quæ viuus odisti, ut doceas vel uno tuo charactere destinatum te iam usque à cunabulis ad literas; quippe qui literam vel moriendo etiam feceris.

Bellumne vel amaris, vel amari passus sis, dubium est. Hoc certè liquet voluisse te, ut fieret remissius, nimirum qui nervos ei præcideris: ferro Hispanos Galli enecabant, tu Gallos fame; Rapinarum tuarum maior est clades quam hostici ferri, & incertum est yter plures fuderit Gallos, tu, an hostis; neque tamen intra castra continuit se furor ille tuus, ror-

peruagatus regno desævit etiam in carcères, quæ siuitque extra lucem in ergastulorum tenebris ubi videretur crudelitas, quamquam & molliorem te decebat esse cum ergastulis, in quibus te peperit Sicilia, ut omnino saltem non essem Nero, si te natalium tuorum reverentia quæ piam afficeret.

Quid ergo placuit nec literariæ, nec bellicæ menti? quam sustinuisti in hoc theatro Gallico, Personam, Mazarine? Publicam? an Priuatam? utrāque profecto: Publicam sustinuisti dum publicè raperes, dum publicè sanguines, dum publicè mentireris, dum publicè iurares: priuatam sustinuisti, dum furtiis veneribus Purpuram inquinares, & Ecclesiæ Principis dignitatem deprimeres inter Vpulas & Catamitos, revocatus ad iuuenilem disciplinam quæ lenonem diceris egisse, postquam ex infami mancipiorum fæce quasi subirato partu Natura te exscreasset.

Inuexisti, flagitiouse, personam illam in hocce Gallici pudoris theatrum, ad quod ante te nullus adrepserat sic turpis actor, & exclusisti pietatem à regia nostra, dum aulicorum Pharus sceleribus dumtaxat & flagitiis prælucebas; quis enim ea non credidisset impune vestigia terri posse, quæ præsignaret Ecclesiasticus murex, & quis erraturum se tandem arbitteret, si se ad amissim tuam, tanquam ad propositum virtutis exemplar exigeret: sed non aduertebamus maligno tibi fulgore ignoscere purpuram, & ardere sceleratis flammis criminum quibus modestum illius pudorem succendisti.

An tamen fuisti satis impius, ut in eam tibi mente tutelæ regalis administrationem seponeres, quo facilius in hac molli Regis infantis indole tuam imprimeres; lentoisque REGVL non communia fata, vel in aditu viræ præsagientis affectus ad tuos adtemperares. Ausus est hoc profecto consilium, respectante Gallia, & passa es Scironi committi tuum Achillem instruendum ad rapinas, dum & Polybios Æmiliano, & Firmianos Crispo, & Agrippas Augusto, & Arsenios multos Arcadio tuo præficiendos haberes.

Proh Deum immortalem! quæ tuos hoc fascino potue-

runt oculos obnubere tanta carmina, vt non aduerteris secundum esse, & insolens haec tenus, Sceptrum à pedo, solium ab aratro, Regiam à mapalibus, ab humili denique mancipio Regem informari. Sed ira te crediderim non sine diuum mente hallucinatam, vt intelligent exteri, quām regale sortitus sit noster LUDOVICVS ingenium, qui videlicet ab hac tanta virorum contagione illibatam indolem seruauerit, vixeritque puer sub obseceno castus, sub bilingui sincerus, sub auaro liberalis, sub crudeli mansuetus, sub impio denique regimine pius, neque fingi se passus sit vñquam ad amissim ad quam dirigebatur.

Non igitur insolescendum tibi, Mazarine, neque propterea sumendi maiores spiritus, quod assederis clavo Gallico: eadem enim fortuna quae Nerones Romanis, Cambyses Persis, Pisistratos Athenis, Dionysios denique, & Agathocles Gentilibus tuis Syracusis, eadem te nobis impoluit; & quamquam ibi sedisti, ubi sederunt Cardinales, Ambosiani, Petrocorense, & Richelai, virtutis tamen præmium non fuit hoc culmen, sed exæc temeritatis, quæ felicibus Gallorum armis obstruere nullos cum evaluisse obices, te censuit opponendū, vt te non impediente quidem, sed non promouere, ita denique cursum felicitatis nostre remoraretur.

Sic eadem quondam fortuna, Sardanapalum Assyrio clavo præfecit, vt quotidianis virtutis Assyriorum incrementis sub impotenti libidinum suarum Principe modum statueret. Sic Balbo Michaëli subiecit Aquilas, vt sub inscientissimo mortalium capite, firmam licer, sed omni destitutam regimine molem imperij succurreret. Sic Pisoni fasces consulares commisit, vt eorum saltē fulgorem sub annuo r̄idendi Consulis Imperio suffuscaret. Sic te denique nobis imposuit, vt sub deside, sub ignaro, sub crudeli, sub impio, sub obseceno, sub aleatore denique ministro, quem armis non poterat hosticis, vitiis saltē tuis Liliorum fulgorem offuscaret, vt quod imperii non poterat Hispano, tua felicius mollitie reperiret eneruaret.

Neque

9

Neque iamēn euicit quod expetebat, te quidem in hoc
Gallorum Theatro vilendū omnibus non tam propinavit
indigenis quam exteris, & iniecit spem Leonibus & Aquilis,
si coniuratis armis in nos irruerent, ita fore tandem, ut pro-
moto sub Richelæo limites imperij, sub Mazarino, sectato-
re alearum, deliciarum omnium mancipio transgrederen-
tur; sed non emollescere potuimus etiam te præside, quoque
molliorem aduertebamus ministrum, eō magis obdutesce-
bat nostra virtus, ut assueti triumphis & victoriis, etiam sub
deside militem non dedisceremus.

Quot enim non corruere propugnacula, quot nostris tor-
mentis discussæ radicis arces non cecidere, quot vi trici-
bus armis non decursæ sunt nationes, quæ littora, quæ plagæ
non eo sudarunt sanguine quem effudimus, quo ies profecti,
regressi sumus sine palmis, quo ies aggressi non triumpha-
uimus, imò, quod superat fidem, vicimus sapientius quam pu-
gnauimus, & ita visa est ancillari nostris Imperatoribus for-
tuna, ut interdum videretur ipsa sibi tardior nisi prius ades-
set multoties, quam ex pateretur.

Quid tu interim? an non esseraberis fortunæ manci-
pium, cum aduerteres fortunam, quæ te nostris armis ob-
moliebatur obicem, eorum nequaquam posse sistere trium-
phalem cursum: itane desidebas, ut gratiam relaturus for-
tunæ, quæ te tantum è tantulo fecerat, nihil, vel cum crimi-
ne, criminum omnium labore contaminatissimus auderes? Au-
sus es profecto, & ubique in aliis deses, exiuiti genetofus
ad crimina, & cum esses ipse fortunæ crimen & opprobrium,
credidisti melius non posse rependi gratiam quam si crimen
crimine compensares, nec famulari te posse fidelius scele-
stissimæ dominæ, quam si qualem te fecerat talem exhibe-
res.

Proh Deum immortalem quantus sese mihi modo cam-
pus aperiret, si tua singulatim exequiturus crima, hæc re
vellem in obviis: sed te hic daturus in compendium, alio-
rum relinquo voluminibus, & satis erit dixisse modo, quod

satis erat fecisse, ut millies in crucem subigeretis, nisi te quemadmodum exerat iniustitia, ita conservasset.

Agedum in quo haerebimus Mazarine, an in veneribus, & deliciis, in quibus vel ipsa iterum atque iterum erubuit purpura, quæ seruiles tuos humeros honestabat? profecto non est opere pretium in his immorari, in quibus depositi tyrocinium impietatis, ne videamur sectari libidinem, cuditus vel adolescentis crudis non eras. An perscrutabimur versipellem ilam, & insidiaturicem animam, quæ tuis omnibus sceleribus famulata, ne cum atrocitate sua, quanta erat, videretur, Latuam obducebat? imputare posses hoc vitium gentilibus cunis, neque tuum arbitramur esse, quod natura tibi commune cum aliis ingenuit. An haerebimus in vindicta, quæ te tenacissimum iniuriatum ita vocavit in omnium inuidiam, ut ne vel ipsis quidem posses sapere, qui te tamen æmulabantur. Et hoc patiter crimen cum Libanio vocares splendidum furorem, qui cum nobiles omnes, ut impie mentitur mundos, habeat asseclas, te vel primipilum habere debuit, vel pharum, ut cum autoritate fieret. An attingam homicidia tua? quo idiana sunt, & plebeij furoris est in vulgaris sanguine vilescere, dum nequit in ipsis procerum iugulis exsatiari? Venus, proditio, vindicta, homicidium, priuata sunt crimina, dixerim priuatum impietatis tuæ satellitum, ac quasi prætorianos improbitatis domesticæ laterones, quibus priuatus indulgebas, ne, si publicè fierent, segnior visceris ad crimina, quæ te ambires audaciorem habeti.

Prodeat itaque furor ille tuus è domesticis patribus, & cum splendorem affectet vel in sceleribus apricetur ille tandem ad lucem publicam, ut quæ tuis sapuit omnium inhoret. Prodivit profecto sed cum apparatu, & in publica tua rabie visus est renasci vetus ille Caligolæ furor, qui Romanis olim omnibus vnum caput expetebat, ut in uno posset iugulo simul omnium sanguinem eibere. Innocentes suffixisti patibulo, publicum suit scelus, sed quia siebat in privatis capitibus, ideo tunc pudet nuncupare, quod non edidet.

II

internacionem. Virginem florem multoties sacrilego con-
cubit u decerp sisti, sed appertenem publicæ castitatis libidi-
nem non exsatiabas dum te scortis & meretricibus priuatim
immisceres. Multos eueristi fortunis, sed dum in publicam
perniciem, sacra imminet et uictas, ponebat in priuatis
capitibus furor tyrocinium, ut publicis dilectionibus præ-
luderet.

Nihil amplifico Mazatine. Vix enim cogitando, nedum
scribendo possum ass. qui, quæ tu exequendo petegisti: quid-
quid dixi, nūm est, i. mō tuum forte non est, quia minus est,
quam quod degisti. Quid ergo tantum illud est, audiant &
oderint Galli, Hispani, Germani, Ecclesia, totus orbis. Paci-
iam prospaciendæ Leones inter, aquilas & lilia solus ob-
stisti, ut saltē Neronis ad instar, cum solus non compete-
res ad crimina, quæ uebas, communi totius Europæ prope-
modum incendio mentem exsaturares: Non satis fuit cru-
delitati tuæ, Gallorum effundere sanguinem iniquo multo-
ties carnificum gladio, nisi vel ipsi etiam cruentis omnium
gentium torrentibus innatares, priuatasque percosus cædes
publicè fieres homicida. Non fecissent satis uenerituæ con-
stupratæ passim in urbibus selectæ virgines, nisi & sacrile-
gus, & adulteri, & incestus, & erexit orum effreni militum
licentia, subiisse in omnes gentes admissarius, seuenior em-
que pudorem, ad ipsa penitentia prælude præbusitibi stolidis
impudicis compressissimæ: sterilis cibi visus fuisses ad suppli-
cia, & pœnas, si mortem miseris dolosum terminum intu-
lisses, propriea gladio bellico depopulatus Provincias, &
intra regnum & extra, vastitatem intulisti, ut quam inuide-
bas miseris mortem, vitalem faceres: non hoc Nero, non
hoc Proculus, non hoc fecisset tuus Dionysius, sed Ita cru-
delior commentus es quomodo etiam ante mortem ene-
cares.

Proh simiam Gallorum cæcitatem! homicidas priva-
nos quotidie subgebamus in crucem, & te publicum patieba-
mus: dattores & sicarios imponebamus in equuleum, &
illo

tibi publico Provinciarum prædoni parcebamus. Sacrilegos & incestos subiiciebamus flammis, & te venereis ignibus propalam exardescemus, viuum etiam non decoquemus. Trucidabamus incentores priuatarum seditionum, tēque Europæ seditionis & somitem, & fauorem inultum esse sinebamus. In te, in te sœviendum fuit, dum tu in omnes desœvires, tibi vni non parcendum erat, dum tu nemini parceres; tuum vnius licet purpuratum caput violandum erat, cum tu nihil, sacrum quamuis illud & venerabile illibatum esse patereris, sed quamvis furori nostro debebaris iam priudem victima; tuo tamen ideo parcebamus capiti, ut publicum Gallicæ gentis anathema, publica etiam Themidis iustitia, vel demeteret ferro publico, vel proscriberet.

Pœnitet me prope calamum meum tanto scelerum Oceano commississe, vnde nunquam emersus videar, si vel intradâ criminum tuorum plebeculâ, velim grandiora duntaxat inseparari; non tamen gradiat retro, quamvis animo nunc meo cum horrore progrediatur obuiam, ad cuius obiutum coniuerent vel atrociores oculi, conscos haud temerarius arbitraretur.

Quid illud est quod grande dicturus video & insolens Mazarine, divina tu ipse: si tamen in horrenda criminum serie, secernere tu potes ipse quod sit maximum, qui maximum nullum arbitraris, si maius possit aliquod ex cogitari. Nostri CONDÆVM, nostri fulgorem Gallici nominis & Solis iridem Ludouicæ, nostri Rochroensem, nostri Norlinghensem, Friburgensem, Lansiensem, nostri meliori iure dicendum quam Datium. Nostri HARCVRIVM, fulmen istud bellorum Parthenopæis stragibus insigne, nostri terrorem Hispani, amorem Galli, nostri Triumphantem æquiori ratione quam Pyrrhum dicendum Aquilam. Nostri Cæsarem Vindocinensem, nostri virum re quam nomine magnum, nostri Suroulum magni non tam ingens Patri, quam magnanimitatis hæredem, nostri denique Principem vocandum æquiori merito, quam Fabium, clypeum libertatis.

Nostri

Nostri BEAUFORTIUM tantæ illum expectationis. Principem nostri, Heroa, vel ipsa se frontis maiestate commendantem, nostri obicem futorum tuorum, nostri Scipionem Gracche, Tullium Catilina. Nostri HOVDANCVRIVM Magistrum equitum, expugnatum Ilerdæ, Catalaunicis triumphis illustrem, nostri Ducem nullis non bellis præficiendum, nostri Imperatorem non prudentia consilij quām celeritate Cæsarea commendatiorem, dicendum potiori merito quām Marcellum, Patriæ gladium? Quare trepidas, quis te scelerum Alastoriam subito pallore mutauit? Erubetce potius, si tibi post scelera tua pudoris vel tantillum superest, & fatere te saltam hīc reūm, quandoquidem minora sunt cætera, quām ut tibi atrociora meditanti censenda inter crimina videantur.

Indulseris enim profecto cupiditatibus obscenis; & de-populatus sis sacra, & profana diripueris; sanguinem sparseris & priuatum & publicum; fidei Sacramento tete multo-ties absoluueris: quamquam atrox, nondum tamen insolens est impietas, quam tu natus es ambitiosorem, quām ut præceptis non dedignetur alienis insistere. Puderet te laudum quas tibi mereretur imitatio, & haberi pigeret improbum, nisi te non tam atrocitas supplicij quam nouitas commenda-ret, & inuenisse te crederent alij crudelitatis modum quem infligeres.

Eapropter irritabant te non satiabant cædes publicæ, incendebant non extinguebant veneros ignes priuatæ libidi-nes, obduresceras non emollesceras ad publicas calamita-tes, quia nihil dum feceras sine exemplo, & transmitti volebas apud posteros ut exemplum, ad cuius sese fingeret amus-sim, qui vel ipsorum vellet Neronum crudelitatem super-gredi.

Attende dum euoluam quæ tu agglomerasisti crimina; in Condæo & Harcurio inclinatas sciebas recumbere spes om-nes imperij, Galliæque totius in duobus meditatis perni-ciem, dum in Catalauniam proficiuntur, præcidisti neuos

bellorum & substraxisti copias auxiliares, "ratus emersuros nunquam è periculis hosticis, quos in illa sine viribus immergebas? quid autem illud erat consilij, an nos fore putabas ita nescios tuæ mentis interpretes ut non dignosceremus in duplice te Condæ & Harcūtij capite meditari vindictam Belgarum & Hispanorum, cum quibus occulto federe cohæbas? an credebas illud nobis non subolescere consilium, quo in duobus sperabas te succussurum incumbentem ipsis Galliæ fœlicitatis machinam; ut in duobus plures cæderes? Vel ut in duobus potius insueta crudelitate faceres internitionem, Gallosque substractis duobus fortissimis clipeis improtectos hosticæ relinqueres libidini, cui fidem nobis sacramento adstrictam vendideras.

Quid si cessisset tibi consilium ex animi sententia, scelestrate si Fabium & Scipionem demessisset Mars Catalaunicus, Hispano debebamus Hannibali; si Torquatus periisset, & Camillus, Germano tradebamur Brenno: si Clypeum amississemus & Ensem, inertes hostico furori permittebamur & forte nisi precauisserent superi, te uno auctore, quod expetebas, facta esset Galliæ totius funesta catastrophe; tantumne, scelestè, licuit tibi in hæc tanta capita, quorum honorariæ multæ ne vel tu satis es, etiam si tibi vita post mortem nullies iterum atque iterum opperendam restitueretur.

Sed quid in VINDOCINENSI parabas, inuidiebas dubio procul esse Cæsarem nobis maiorem gentili tuo, sed errasti profecto cum facessere iussisti procul à Gallia: nostram enim iam abundè nobis virtutem dedisti suspiciendam exterris, & fecisti ut crederent turbulentiorem esse te, vel nequiorrem quam PETILIVM, qui maiorem AFRICANOVITUM ablegares, & ipsum etiam exilium tanti Herois commendatione illustrates.

Speciosa tamen fuit illa crudelitas, qua, tres sublaturus triumphatores, in bello saltem tortorem quæsiuisti, vel in exilio pœnam, conspicatus rationem, qua vel re authore, gloriòsè tamen, vel emorerentur, vel aliò sacerderent. Sed

egisti crudelius cum^r BEAVFORTIO & HODDANCVRIO,
quorum primum in spem imperij crescere , creuisse alterum
videbas, & utrumque quod inclitus esset, carceribus inclu-
sum delitescere voluisti, ne cœciuitet tibi debilis acies in ob-
tutu splendoris, qui multus ex utriusque, vel virtute vel na-
talibus emicans, scelestæ tibi vitæ tuæ sordes & sordidam
cunarum tuarum humilitatem exprobabat.

Vah flagitiosum caput; itane tibi mentis aciem perstrin-
xit honoris ille non meritus apex, vt in Principis & Magistri
equitum ardua capita luserit audacior manus, itane te deiecit
è sana mente, vt speratis impune futurum hoc facinus Gallis,
quod ne vix fortunæ quidem ignosceremus.

Fuit ille tamen tuus imprudens furor , abstulisti enim
ignominiam carceribus satellitijs tui Basilicis, ex quo fueri
placuit, eosdem tante dignitatis domicilium, illustrasti erga-
stolorum tenebras, ex quo tempore tantum ibi fulgorem il-
lusceceri voluisti, irritasti ambitionem criminum , nem-
inemque fore deinceps arbitror, qui tibi non malit videri reus
quam innocens, si tamen in se sperauerit , quemadmodum
& in illos animaduersurum.

Sed vnico carcere non definiebas tui consilij modum ;
carcer enim crimen erat & scelus nondum impotens ani-
mi, & quandiu non irascereris, tandem volebas illustrissimos
Heroas in squalore carcerum, & quisquiliis sordescere, do-
nec etumpente tandem in irascundiam furore , vel utrius-
que caput prosciberes, vel corrupta ad hoc iudicium The-
mide, publice cæderes.

Eminuisti cum anteà semper, tūm in hac occasione po-
tissimum Themis Gallica , neque enim pretio potuit cor-
rumpere tuam integritatem iste nefarius , neque minis ex-
pugnare, neque illecebris emollire; aurum obtulit, sed au-
rex tibi lances , noui fulgoris incremento , virorum eo for-
tius expendebant innocentiam, quod splendidior ostendeba-
tur: intentauit minas, sed quo imminebat ille ponderosior,
eo fortior contra palmaris semper æquitas obnitebatur. Il-

Iecebris lacessebat, sed in hoc puerili certamine turpe duxisset occumbere iustitia, quæ minas incrudeli, aureas in flagitioso vires despexisset.

Debes hanc imperterritæ iudicium nostrorum integritati gratiam, Mazarine, quod ille videlicet tantorum Herorum sanguis, reliquis crudelitatis tuæ titulis non accesserit, & victoriæ tibi debet instar esse, si tamen non omnino cæcutis, quod non cesserint, at tuam potius improbitatem, integritate sua superauerint. Quid enim admiserant quamobrem tollerentur, blasphemo, quid peccarant, quamobrem incarcерarentur; aberro, quid inquam non perpetauerant, quamobrem non omnino dignus morte crederetur, quisquis in illos vel solam criminis suspicionem admitteret; sed satis erat furori tuo si quis posset mori, & nocentior haberi nemo poterat, quam qui tibi non saperet, vel amore, vel odio tuo definiebas crimina, & ut fulmen crudelitatis tuæ denibrares: non quærebas quis peccasset, sed quis subesset, imo quis extaret supra te, qui videlicet in Condæo Borboniam domum, in Harcurio Lotharingam, in Beaufortio Vindocinensem, in Houdancurio Mareschallatum lacesseret. Ab blandiantur aulici tui tibi canes ut voluerint: ego enim cum sanis omnibus interpretor voluisse te extinguere splendidissima illa Galliæ lumina, & amouere procul generosissimos illos tui furoris obices, ut per fractis denique validis illis nequitia tuæ repagulis, Sylla Marioque crudelior in omnium fortunas inuolares.

Quo enim horrore criminis potes perterreri, Mazarine, qui pudorem omnem à perficta fronte, ex assuetudine peccandi profligaueris, & proieceris effrontem animam ad illa sine trepidatione perpetranda sclera, in quibus vel ipsi erubescerent, qui criminibus & flagitiis insueverunt: & profecto qui te nouerant mirabantur, qua ratione vel quibus potius præstigiis irreplisses ad hoc Ecclesiæ culmen, ad quod ne vel ipsi viderentur eueniendi, in quos cadere posset, non criminum, sed virtutis etiam frigidæ sola suspicio: Sed hanc
ego

ego purpuram non sine mente diuūm crediderim obtigisse
tibi, ut tibi, cui vultum scelestissimo pallore, criminum infe-
cerat familiaritas, saltē aliquis subesset pudoris rubor vel
in habitu, quo erubesceres semper qui semper peccares, ac
proinde nunquam omnino improbus, vel torus ex omni cri-
minum labo compactus videreris, nisi cum habitum, omni-
modæ improbitatis obicem exueres.

Mirentur modo alij tuam ad scelera quælibet audaciam,
expauescant in sola mentione criminum quibus tu artide-
bas, horrescant audire, quæ tu dum efficeres, triumphabas;
ego sane nec miror, nec horresco, nec expauesco, qui videli-
cer aduertam ab effronti timeri hoc vnum posse, ne videatur
bonus, neque vnguam perfictum caput erubescere, nisi
quod erubuerit & puerili pudore pallorem impietatis inti-
mæ verum indicem incenderit.

Proh Deum immortalem! quam bene nobiscum actum
est, quod tuo non tantum acuminis ingenio quam crudelita-
tis indiderit natura, & quæ te fecerat improbum, hebetem
saltē & stupidum reliquerit: excogitasses in aula nostra
quæ Bistonius erubuissest tyrannus, & Bositide peior, Pro-
custe atrocior, etiam in novitate suppliciorum, cum nostris
modestæ nouitatis amantibus, collusisses.

Hætu, Cardinalis, ausus es, hæc tanta crimina, hanc
tantæ vitæ licentiam, has libidines, hæc sacrilegia in oculis
Galliaæ, in hoc orbis compendio, in hoc Ecclesiæ theatro,
obscœne, crudelis, intemperans, proditor, sacrilege, ô pu-
dor Ecclesiæ! ô Galliaæ dedecus! ô mundi propudium. Ex-
tractum è plebeis cunarum sordibus mancipium eueximus
super omnium capita: non ab aратro, inde enim & consules
olim prodibant, & dictatores, sed à turpi sordidæ condicio-
nis cœno petitas manus nostro præfecimus temoni, in-
temperantissimum Cyclopem purpurâ faciâ vestiuimus;
quis ad hæc non expauescat?

Sed illa sunt præludia machinantis aliquid deterius, &
Galli: sparsam enim in hæc omnia crimina modò collegit

impietatem, ut toto quasi scelerum impetu, totus & ipse patiter in nos invaserat. Non satis est viduisse domos, ciuitates exhaustissime, fana spoliassae, facultates ex opimis beneficiis collectas impendisse in nefarios usus, infantes multasse, exercitium publicum expilasse, toti Galliae vastitatem intulisse, nisi vobis postquam eripuit fortunam, eripiatur & vitam, immersosque bellorum ciuilium furoribus, vel ense demeat hostico, vel proprio, vestroque satur & auro & lamine, saluus ad indigenas suos regrediatur.

An non illud patet etiam cœciuentibus consilium; regem nobis non abstulit modò, sed furatus est, aususque sacrilegas in ipsum iniicere manus, quasi patrum esset totam disiipuisse Galliam, ipsam etiam maiestatem regiam praedonius nocturnus deprædatus est. Ad famam nisi iam omnino compulsa, compulsurus est, eoque redigat, ut ne viuere quidem sub mansuetissimo Rege liceat sine rebellione, impoluitque, vel vincendi Regis, vel moriendi necessitatem.

Quod spectari hæc rabies, coniectate pueri (neque enim homines desiderat hoc iudicium.) Evidem nisi totus in LENSIENSI clade ita periret Leopoldus, ut sese nondum colligere potuerit ab hoc terrore quem incusserat nuper incumbens ipsi à tergo Condæus, si adhuc è pristino heroë quem ostentabat Thrazonius ille, superest vel iactum semivir, quid obstat quominus armatus terrorem Martium usque ad ipsa regni penetralia promoneat? Quis obstruet tepula progradienti? quis triumphantem inhibebit? ipsa Erynnis publica demetentibus sine obice palmarum segmenta copiis hostilibus ancillabitur, nostris nos armis eius triumphis apprehendimus, & quisquis ab hoc intestino tumultu cesserit viator, vel Rex, vel ciuis, ille forte iam siui dimidio minor, tibi Leopolde, dabitur ad triumphum.

Abominor hoc præsagium, Superi, & te potius, abominande Mazarine, victimam expeto & Cahtarma publicum, qui iam propè, quod habuit Caligula quondam in votis, exequutus es. Quæ te diræ, quæ te Erynnis, quis te furor ita suis

exagitabat stimulis, ut nondum tota satur Gallia, sicutires ad-
huc sanguinem Borbonium, expeteresque litati furori tuo,
quis non horreat, vel ipsis etiam Gallorum manibus R E-
GEM, AVRELIANENSEM, CONDÆVM, LONGAVILLAM,
H A R C V R I V M, dum in variis diuisi factiones, tibi vni vel
cum capitatis periculo congrederentur.

Sic sic, improbe, tua debuit crudelitas assurgere, quod te
celsorem nostræ Themidis percuteret gladius: in hoc se-
dendum fuit improbitatis editissimo culmine, ut pondero-
sius rueres. Hæc tuæ debuit esse moles magnitudinis, quæ
tot capere posset fulmina, quot generosissimos E P H O R O S
noster habui Senatus, ut in te detonaret.

Sperabas, impie, ut qui iam inulta pristina tua scelera
passus erat augustinissimus Areopagus, idem hoc extremum
impune labi pateretur, vel forte dum lenta procederet ipsius
æquitas, futurum arbitrabaris, ut nunquam te assequeretur,
qui præcipiti gressu videlicet in improbitatis stadio decurre-
res; sed, qui lentos sciebas, grandiores scire debuisti gradus
æquitatis, & quanquam sero molerent deorum molæ, bene
tamen comminuere consulto trahebatur indicendum tibi,
in hoc diuūm consistorio, supplicium, sed non adducebatur
brachium, nisi ut firmior in verticem tuum libraretur bipen-
nis, & grauitate denique supplicij tarditatem suam illustrissi-
mus ille cœtus compensaret.

Miramur tamen, S E N A T V S A V G V S T I S S I M E, quod
comperio læsæ maiestatis capiti, perturbatori, incentori, &
prædoni publico, solam in omne supplicium fugam inflixeris,
qui damnatus ad triremes, ad cruces, ad equuleos, ad pa-
tibula, te molliorem adhuc experiebatur; sed vel in hoc my-
sticus es & diuinus, Mazarinum enim non poteras tollere
sine gratia; & quantumvis severus in ipsum detonuisse, mi-
tius tamen sœviebas quām cum ipsum stimulis conscientiæ
tortoribus intestinis discrucianum reliquisti. Naturus
enim carnificem se ipso semper humaniorem, suo debuit fu-
rori permitti, ut qui iam omnem & æquitatem & hominem

exierat, dum in nos, dum in se desæuitet, & hominem &
æquitatem resumeret. Exeat itaque iam infamis, iam censio-
ria vestræ Themidis virga notatus, & qui, quod insolens pro-
pter crimina sua meruisse non potuit ut occideretur, ille tan-
dem in omne supplicium , viuat.



FINIS.

